



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

§. 1. Quinam supradictum Comitem malè imitentur?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

sua prodendum. Fatentur, quæ egerunt. Vocatur è filia Comes<sup>9</sup>, qui cum se ad supplicium putaret citari, filium inuenit Cæsaris generum factum. Martinus Crusius in Annal. Sueviæ lib. 6. part. 2. ex quorundam sententia confirmat, quod Luisius Contarinus scribit, etiam factum Imperij successorem: quod etsi alijs Henricum alium successorem nominantibus non conueniat, tamen aptè potest ad mores trahi: vt mox audiemus. In loco, vbi Comes delituit, Monachis templum struitur & domus, quæ Hirsauia appellatur, notissimum hodiéque, in Wirtenbergia, monasterium, cuius ut illustrior esset natalis origo, à tantorum Principum casibus fuit accipienda.

C A P V T   X X I X .

*Historiae Superioris ambages & C A S V S , per corolla-  
ria , explicantur.*

**V**TINAM Comes iste, siue Palatinus, siue quicunque  
alius, haberet multos imitatores! Enim uero habet multos, sed rebellando. Habet etiam multos,  
qui in gratiam Principum recipiuntur: sed paucos,  
qui sic recepti, carent etiam in Numinis gratiam  
recipi, atque, vel de spolijs & rapinis suis, ædes Deo Diuisque sa-  
cras exfruant. At qui idcirco Deus illos percussit, ut iicti saperent;  
idcirco deiecit, vt, mente vnâ cum fortunis erecta, resurgerent  
fortiores, diuinumque, posthac, cultum promouerent; non vt  
templa expilarent, aut loca Deodicata euerterent, quæ illorum  
maiores, per tot prodigia excitati, fundationibus liberalissimis co-  
diderunt: ducti vtique, per vias rectas; cum isti, tanquam impij, Psal. xi. 9.  
in circuitu ambulent, dum ad opes rapiendas reuertuntur, quas il-  
lorum proaui Deo donauerunt. Sed haec missa faciamus, quia  
odiosum est, vlcera tangere.

Multa sunt alia, quæ, ex memorata historia Henrici, erui possunt documenta. Nam & quām imbecilles atque irriti sunt hominum conatus, si diuinæ obnitantur voluntati, & contra stimulum calcitrent, perspicuè apparet. Frustra nitimini, qui cælo repugnatis; cum Sisypho saxum voluitis, qui consilia contra su-

Nn      peros